



Fol. 1

1713
Valles
IESUS, MARIA, JOSEPH.

ADDITIO.

PRO

NOB. FRANCISCA
LOMBARDO, TORRENTE, ET DE
Amargos Vidua, & P.F.P.
CVM

NOB. DON IOSEPHO
DE COSTA R. AVDIENTIÆ MERITISSIMO
Senatore, & Nob. Domna Mariâ Annâ de
Costa, & Romeu, ejus
Consorte.

AD DVBLIA TRADITA IN CAVSA INTER DICTAS
Nobiles Partes vertente in R. Consilio Bajuliæ
Generalis Cathaloniæ.

Sub dicta Censura Magnifici Ioannis Baptista Reverter dicti
R. C. Assessoris dignissimi.
Scriba Cussana Not.

QVIA inter informandum aliquæ fuerunt pro-
positæ difficultates, quæ aliquantulum rem
pro hac Nob. Parte, ut ex adverso prætendi-
tur, obscuram reddere videntur, operæ pretium duximus

A ite-

Tur

Dup

iterum in favorem illius calamum assumere , sequentia-
que , breviori servatâ mæthodo , in earum satisfactionem
addere.

2 Videtur nasci prior difficultas ex probatione do-
minij tinentiæ terræ contentiosæ , quod in sui favorem Nobiles Adversantes conantur concludere ; dicendo ex proce-
ssus meritis constare illos fuisse dominos , ac possessores
hæreditatis Mansi Romeu , omniumque illius terrarum ,
ab Aquilone cum viâ publicâ , vulgariter *de Valentia* ap-
pellatâ terminantium , ac per consequens totam terram
infra dicta confinia repertam , fuisse propriam præfati
Mansi Romeu , ac uti de illius pertinentijs à dominis , &
possessoribus sæpedicti Mansi fuisse possessam , ob regu-
lam , quod de jure omnia contenta intra confinia sunt illius , cuius sunt confinia .

3 Sed quam inefficax sit allegata probatio ad justi-
ficationem prætensi dominij , præter pro hac Nob. Parte
~~adducta in 1. Satisfactione à num. 17. ad 38.~~ ex inde pon-
derandis , juxta firmiora Iurisprudentiæ documenta , ad
oculum patefiet .

4 Nam præterquam , quod regula dictans , omnia
contenta intra confinia esse illius , cuius sunt confinia , non
sibi vendicat locum in nostro casu , quia solum intelligitur
quoad jurisdictionem , respectu alicujus corporis univer-
salis illam habentis , ut puta Provinciæ , Civitatis , Ca-
stri , &c. non autem quo ad proprietatem , (qualis est
noster casus) prout , pluribus citatis docet , & animad-
vertit Mascard . *de probat. tom. 1. conclus. 558. num. 2.* ibi:
Hinc infertur , ut quid quid intra fines situm sit Diœcesis , Provinciæ , Civitatis , vel Castrum , presumatur esse illius , cu-
*jus est Diœcesis , Provincia , Civitas , vel Castrum ; quod tan-
tum intelligitur , quo ad jurisdictionem , non autem quo ad
proprietatem , ita cavit Cur. Iun. in cons. 159. num. 25. sic
etiam respondit Cass. in cons. 18. num. 22. ut etiam sensit
Abb. in cap. Si diligent de prescrip. in 2. not. atque memi-*

nit .

nit Old. in conf. 176. in fin. sicque decidit Afflct. decis. 268.
vide in conf. post. num. 5. quod. observatione dignum cen-
suit Boer. in sing. presump. num. 18. & cautum est à Corn. in
conf. 247. in fin. vol. 2. & videoas latè id tradentem Gab. in
suis conclus. de presump. conclus. 9. per tot. &c.

5 Aliundè talis probatio insufficiens est ; quia ut
observatum reliquimus in 1. Satisfactione à num. 19. cum
seqq. dominium utile debet plenè , & concludenter pro-
bari , quod nequit fieri ex confinium probatione , cum
hæc sit æquivoca , & fallax , ex quo faciliter mutationi
subjicitur , argumento l. Cayus §. 1. ff. de legat. 2. Ioan.
de Annania conf. 98. num. 1. Alexand. conf. 112. num. 6.
lib. 7. Amicis conf. 1. num. 20. cum seq. Ripa observat. 286.
Surd. conf. 429. sub num. 27. vers. Quintò. Valenz. Velasq.
d. conf. 100. num. 10. Sperell. decis. 178. num. 4.

6 Secunda videtur oriri difficultas ex juris assisten-
tiâ , quam hæc Nob. Pars habet respectu adquisitionis
dominij terræ , de quâ est quæstio , casu quo Nobilium
Adversantium fuisset (quod supposivè tantum dicitur)
ante innundationem Fluminis Lupricati , juxta á nobis
tradita in 1. Satisfactione à num. 63. ad 74. quæ brevita-
tis gratiâ omittimus repetere ; quam juris assistentiam
destruere conantur Nobiles Adversantes quadam asserta
observantiâ , seu consuetudine immemoriali , videlicet ,
quod quando aquæ Fluminis Lupricati faciunt circulum
in terris diversorum vicinorum uniusmet partis Flumi-
nis , separando , & dividendo terras eorum , redeunti-
bus postea aquis ad suum alveum , tali casu observari in
dictâ partitâ Lupricati de consuetudine immemoriali , di-
ctos Vicinos recuperasse , & possidere terras suas , sicut
antea possidebant ; istamque observantiam dicunt con-
stare ex depositionibus testium ministratorum super 20.
ex articulis per eos secundo loco oblatis 5. Iulij 1709.
& ex testium dictis pro hac Nob. Parte ministrorum de-
ponentium super interrogatoria ex adverso oblata.

4

7 Sed quid sit de allegatâ observantia, cum de eâ non constet, saltrem eo modo, quo de jure requiritur, juxta pro hac Nob. Parte deducta à num. 75 ad 88. allegat. 1. Hoc unum, & certum est, eam modo probatam, nullatenus posse huic Nob. Parti noce-re, quia ex testium dictis solum in omni easu consta-ret, quod casu quo aquæ Fluminis Lupricati faciunt circulum in terris diversorum Vicinorum uniusmet parti Fluminis, separando, & dividendo eorum terras, redeuntibus postea aquis naturaliter, & absque ulla hominum industria ad suum pristinum alveum, tali casu in dictâ partitâ Lupricati ex communi observantia, Vicinos recuperasse, & possidere terras suas, sicut anteâ possidebant; quod nos numquam negavimus, cum si tam conforme juri communi, qualiter citat. allegato 1 deduximus; Nec in similibus casibus opus est observantia juvari, cum plenam habeamus juris communis assidentiam, & superfluum foret ad observantiam, tam quam subsidiarium remedium recurrere, dum ordinariam habemus medelam in Iuris dispositionibus, ut pro res gulâ constituit et. in l. Quædam in princip. ibi: Quia id consequi, &c. ff. de edend. l. Cum sine, ff. de Carbom quam tradit Barbos. ad loc. commun. verb. Remedium num.

14.

8 De casu quo nunc versamur, scilicet redeuntibus aquis ad suum primevum alveum opere manu facta, & hominum industria, nec ullum faciunt verbum. citorum testium depositiones, sicque nequeunt in hoc casu observantiam probare, & non probatâ in specie, nequit Nob. Adversans illâ juvari, cum receptum sit in jure nostro, observantiam, seu consuetudinem specificè, & cum omnibus circumstantijs in casu, de quo agitur, deberi probari, aliter nihil operari, pro ut plenè docent DD. à nobis citati in jam dictâ allegat. num. 78. quos repetere superfluum foret.

Ne-

9 Nequicquam obstaret , si ex adverso diceretur contrariam observantiam , nec ab hac Nob . Parte fuisse probatam , imò nec deductam , ac per consequens standum fore dispositioni juris communis dicenti prædia , seu terras à Fluminibus derelictas fieri dominorum Vicinorum , pro suis partibus .

10 Nam præterquam , quod talis juris dispositio , juxta toties repetita , solum loquitur quando flumen naturaliter , & absque ullo opere manu facto ad suum alveum revertuntur , & est tritum in jure , dispositionem loqui de uno casu ad alium ratione diversum non extendi , quia ubi est ratio diversa , dispositio quoque diversa esse debet , juxta tex . in l . Si ita , ff . de manum . test . l . Si servus , ff . de statu lib . Dec . cons . 394 . n . 3 . Surd . cons . 67 . num . 19 . Tamen cessat omnimodè difficultas , ex quo plures habemus non levis notæ DD . dicentes , in similibus casibus alveum opere manu facto à Flumine derelictum , non adquiri prædijs Vicinorum , sed solum opus facienti , ut ex doctrinâ Curt . Sen . Bonden . & Vivij latè probavimus in 1 . allegat . à num . 64 . cum seqq . quibus nunc addimus Portol . ad Molin . verb . Alluvio à num . 12 . ad fin . ex doctrina Cassad . decis . unic . à num . 1 . cum seq . de adquir . rer . dom . omnino videndum .

11 A quorum autoritate recedere non licet , quia deficiente lege , pro ut in nostro casu tenet Vivius decis . 498 . num . 18 . ibi : *Dum leges non inveniuntur de hoc (agit de nostro casu) loquentes , ad DD - interpretationes recurrentum est , Reg . Matheu . de re crimin . controvers . 78 . alias final . post num . 14 . vers . In judicio proferendo , ibi : Ubi deficit jus , ad Doctorum Classicorum interpretationes recurrentum est , eas ex ratione juridica pen- fando , &c .*

12 Imò deficiente lege , pro causæ decisione , ejus vim obtinet unius Doctoris punctualis doctrina , si non ha-

F Authorum citator
per

6

habet contradictem (qualem hucusque non vidimus) quæ semper attendi debet Iason in l. penult. num. 21. Cod. de past. Surd. decis. 229. num. 36. Cyatlin. controversial. tom. 1. cap. 44. num. 29. & tom. 2. lib. 3. cap. 244. num. 2. Mart. vot. 6. num. 7. Franchis decis. 363. num. 4. Rota decis. 122. in fin. part. 5. recentior. & decis. 271. num. 5. part. 2. novissimè Card. de Luca lib. 4. de servit. prædialibus discurs. 57. num. 4. vers. Quamvis autem attentis.

13 Quæ Thæorica in Cathalonia fortiori vinculo sibi vendicat locum , cum juxta cap. 40. Confit. anni 1599. deficientibus Legibus Patriæ , judicandum sit secundum jus Canonicum , in istius defectum secundum civile , quibus omnibus non existentibus , secundum Doctorum doctrinas , & authoritates , ut ex Olib. Canc. Ripoll. Peguer. Fontan. Xamm. Ramon. Berart. observat nostræ Iurisprudentiæ lumen Nob. Regens de Cortiad. tom. 1. decis. 24. num. 185.

14 Nec valeret , si forte replicaretur , supracitatos DD. num. 10. non loqui in nostro casu , quo prædia in eâdem parte Fluminis inveniuntur , sed solum quando unius prædia sunt in unâ Fluminis parte , seu rippâ , & alterius prædia in alia parte sunt sita , Flumine per medium labente.

15 Quia præterquam , quod supra laudati DD. ab solutè , generalliter , & nullâ distinctione factâ loquuntur , atque ita sunt generaliter intelligendi , ad similitudinem legis generaliter loquentis , quæ generaliter venit intelligenda , ex tex. in l. De pretio , ff. de public. in rem act. l. Non distinguemus , ff. de recept. arbitr. cum pluribus alijs cumulatis à Barbos. ad loc. commun. verb. Lex , num. 28. & 29. Ratio tamen , quâ illi nituntur , æqualiter militat in uno , ac in alio casu , quin disparitatis possit inveniri aliqua , ac per consequens eadem debet esse juris dispositio ex vulgar. dicer.

ter. quod ubi eadem est ratio, eadem debet esse juris dispositio; de quo etiam Barbos. ubi proxime, verb. Ratio, num. 6.

16. Ergo dum Nobiles Adversantes legem aliquam
sive municipalem , sive Canonicam , sive Civilem in
sui favorem , in terminis quibus versamur , non ostendan-
t , aut Doctorem aliquem id affirmantem non de-
ducant , aut contra hanc Nobilem Partem in proprijs
terminis observantiam non probent , Doctorum dictis ,
punctualiter in nostra spetie loquentibus , de quibus
fuit factio mentio *supr. num. 10.* standum fore oppor-
tet.

17 Tandem in casu adversæ fortunæ , quam neutri-
tiquam speramus , deberent Nobiles Adversantes con-
demnari ad reficiendum , dandum , & solvendum huic
Nob. Parti quidquid per eam fuit necessariò consump-
tum , & expensum pro relatis operibus construendis
juxta à nobis firmata , & latè ponderata in i. allegat.
à num. 52. cum sequentibus.

18 Præcipue cum Fluminis retrocessus huic Nob.
Parti merè debeatur , ex quo ex testium depositioni-
bus ministratorum super articulos 20. 21. & 22. ex
per eam oblatis 17. Iunij 1709. constat Flumen Lu-
pricati præfatas terras ab eo occupatas , vi operum
hujus Nob. Partis sumptibus constructorum reliqui-
se.

19 Ita quod hæc Nob. Pars ratione dictarum expensarum est creditrix , ac uti tali in bonis controversis competit retentio , quia cuicunque Creditori, competit retentio in bonis debitoris , quo usque fuerit in suis creditis legitime satisfactus , juxta tex. in l. unic. Cod. si ob chyrographar. pecun. Barthol. in l. Si non sortem 26. S. si centum num. 7. ff. de condic̄t. indeb. Olea de cess. tit. 5. quæst. 1. num. 28. Fontan. de pact. clausul. 7. Glos. 3. part. 3. num. 16. & seqq. & part. 6.

num. 47. & decis. 208. num. 18. Merlin. de pignor. lib.
2. quest. 67. num. 11. vers. Sed ratione, Pacion. de locat.
& conduct. cap. 40. num. 8. & 9. & cap. 42. num. 27.
Quare, &c. Salvo semper, &c. Barcinone 17. Aprilis 1713.

Romà V.I.D.
Voltas V.L.D.